



Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita B. P. Ignatii Qui Religionem Clericorum Societatis
Iesv instituit**

Ribadeneyra, Pedro de

Ipris Flandrorum, 1612

7. Parisios studiorum causa concedit, vbi quod iuuenes quosdam ad pietatem alliceret, periculum adit plagarum atque infamiæ; at Dei nutu liberatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45048

verò qui ad se consolandum veniebant dolorem, & inanem commiserationem eò redarguebat, quòd immensos in cruce Christi thesauros redditos ignorarent. Duobus & viginti diebus in iis vinculis, læti atque alices fuere; abundè suppeditantibus

Vita eius & doctri na sa- na sancta que pro- nun- ciatur.

necessaria amicis, quamque in Ignatius viderant sanctitatem mirificè diligentibus. Tandem Baccalaureus Frias Vicarius, adiutus eruditorum consilio innocentes per sententiam absoluit, eorumque vitam & mores ab omnibus labore puros, integrosque pronuntiauit.

CAPVT. VII.

Parisos studiorum causa concedit, ubi quod iuuenes quosdam ad pietatem alliceret, periculum adit plagarum atque infamiae; at Dei nutu liberatur.

Consultò Deus Ignatium referuabat, ut multorum liberorum parentis existeret, ideoque cursum eius aduersis licet procellis dirigebat in portum, ad illud gerendum negotium ad quod eum ante delegerat. Quocirca ad

ea ad conquisitionem multorum so-
ciorum ad educendos è cœno pecca-
torum hominum animos , rectaque
disciplina excolendos incitari cœpit
ardentius, simulque in hanc cupidita-
tem venire Parisios ut adiret omnium
tunc Academiarum parentem scho-
lamque communem , & quoddam
quasi totius orbis theatrum . Tantus-
que is ardor fuit , vt neque viri com-
plures & amici auctoritate pollentes,
nec vis hiberni frigoris, nec cruentum
bellum inter Hispanos Gallosque sus-
ceptum , nec viæ hostium excursioni-
bus infestæ, nec exempla crudelitatis
in viatores, à militibus expromtae, Ig-
natium inde deducerent , quo se se
sentiebat cælestibus auris impelli ;
consueuerat scilicet inuenire pacem
in bello , in periculis secaritatem , in
laboribus otium & quietem . Igitur
viam pedes ingressus per medium
Galliam, Deo duce, in eunte mense Fe-
bruario anno c. 15. 15. xxviiii. saluus
& incolmis Lutetiam usque pene-
travit.

Antequam in Academia Parisiensi
ad

Pati-
sios a-
spira
hyeme
pericu
loso
itine-
re com
redit.

Studia ad sublimiores disciplinas se applica-
eius ret Ignatius, latinæ linguæ rudimenta
Par- repetiuit, & in humaniorum littera-
fiis, la- rum palæstra fere biennium absumfit.
bores & per- Deinde politiori litteratura satis in-
secu- structus in curriculum Philosophiæ
tiones descendit, quo feliciter sanè confecto,
Magisterio artium de consilio magi-
stri sui se decorari est passus, ut esset
quoddam eruditionis testimonium,
quò facilius ad hominum salutem in-
cumberet. His honestatus insignibus,
sacræ Theologiæ studia prosequebatur
singulari Dei ope adiutus, quippe ad
perpetuas animi contentiones in
adipiscenda eius scientiæ cognitione
susceptas, accedebant haud exigua
egestatis incommoda. Etenim princi-
pio Hospitali D. Iacobi domo, preca-
riò receptus, in singulos dies ostiatim
victum quærerabat, tribusque priori-
bus annis semel & iterum in Galliam
Belgicam, semel in Angliam, quibus
in locis Hispani mercatores negotia-
bantur, per summam inopiam profi-
cisci coactus est, vt exigua pecunia
donatus, ad prosequenda studia reuer-
teretur.

teretur. Præterea tanto poenitentia
studio corpus afflictabat suum, ut ipsa
per se posset omnem valetudinem
tollere, qua corrupta necesse habuit
studiorum cursum intermittere, ne
vitam amitteret. Quid dicam de alsi-
duo labore iuuandi proximum, & ad
omnem virtutem cohortandi? Quid
de tempestatibus & procellis quæ
huius rei cauſa illi subeundæ fuerunt,
quam multis, quam variis, quam diu-
turnis? E scholasticis enim ingenui
quidam adolescentes & ingenio ad
virtutis laudem singulari, cum nun-
tium rebus humanis remittere &
euangelica sectari consilia statuissent,
sermonibus exemplisque B. Patris in-
ducti, facultatibus in egentes distri-
butis, in hospitali domo diuersaban-
tur, & mēdorum more victimum ostia-
tim rogabant. Ea res grauiſſimos Aca-
demia totā motus excitauit magno-
que erat in odio parentum Ignatius,
quæ fonte genus hoc vitæ manasse sibi
persuaserant, quam insaniam æstima-
bant. Tantumque valuit inuidia, ut
cum apertè criminarentur, multosque
atroces

atroces de eo rumores, ut mos est maleuolorum, in Dei seruos dissiparent.

Neque res in sermonibus conquiseuit, sed (quod est turbulentorum & malè moratorum supplicium) in gymnasio S. Barbaræ, in quo studiis artium operam dabat, crudelis ei & publicæ verberationis terror iniectus est, propterea quòd sodalibus suis auctor fuisset ad frequentanda sacramenta, Deum festis diebus supplicatione placandum, denique eius consilio quidam Amator nomine, Hispanus discipulus, collegium deseruisset, rebusque omnibus abdicatis nudus se ad Christum nudum applicasset. Quamuis autem surgentis huius in se se machinationis mature fuisset admonitus, collegij tamen fores occlusæ cùm essent, ære Campano signum datum, magistri virgis armati, frequentissimique discipuli ad spectaculū adessent, ita presentiam animi retinuit, vt neque titubaret, neque se in latebras abderet, neque ullam timoris significacionem daret. Verùm ne imminuetur Dei glo. ia, ne quâ virtus ignominia

minix labe notaretur , néue plantæ
nouellæ atque florescentes radicitus
ea tempestate vellerentur , gymna-
siarcham adiuit , suamque apud eum
sapienter at liberè caussam egit . Affer-
rebat ille quidem , quod in se erat
promptam & paratam subeundæ prop-
ter Christum poenæ voluntatem ; ex
altera parte tamen vehementer se do-
lere aiebat , iacturam eorum quorum
animis igniculi virtutum nuper insiti
nondum adoleuissent , si propterea
quòd iis colendæ pietatis auctor
fuisset , virgis cedetur . Qua oratione
ita gymnasij moderatoris flexit ani-
mum , vt ille coenaculum ingressus
omnium exspectationem falleret , &
cui supplicium parabatur supplex ab
eo errati veniam posceret , qui ita
affactus esset , vt aliorum salute cu-
randa Dei solius honorem quæreret ,
suum negligeret .

Ad eum modum periculo atque in-
famia liberatus Ignatius , integritas
eius cognita , magna que eius nominis
existimationi facta accessio . Quin
etiam collegij præses Iacobus Gouez-
anus

anus natione Lusitanus, doctor & eruditus & sanctus, eum tanta deinceps benevolentia, cunctosque filios eius complexus est, ut eo potissimum auctore Ioannes III. Lusitanus Rex è Societate Iesu Patres in Indiam misserit, qui vastas illas & longinquas regiones peragrando fideque imbuendis barbarorum animis, & ad Dei cultum adducendis uberrimos fructus extulerunt. tantum boni Deus eruit ex hac occasione minima dedecoris & ignominię plenissima.

Quam viam Deus parat Ignatio & sociis eius in Iudias Orientales,

Quinimo ut veritas oculis hominum testatior esset, & B. Patris innocentia magis eniteret, quidquid in ipsum homines moliebantur, illud ad fructum & utilitatem ipsius imprimis socrorumque traducebat, qui imitandæ virtutis eius amore in dies se ad eius societatem aggregabant, quod in hac ipsa urbe manifestum fuit, postquam aduersarij eius maledictis & criminationibus non contenti, Ignatium etiam ad sacrum fidei quæfitorem detulerunt. Is erat eo tempore Matthæus Orri Theologus Magister Domi-

Dominicana familia vir eruditus & pius. At ille doctrinam eius moresque, & libellum sacrarum commentatio- num Minoressę, vt diximus, composi- tum, quem exhiberi sibi iusserat ita probauit, vt huius exemplum, illius permisso, sibi describendum curarit; denique integritatis ei & innocentiae testimonium, publici notarij chiro- grapho & sigillo munitum dederit. & hic ipse fuit qui postea Romæ Ignatiū grauissimè cum sociis accusatum suo testimonio mira opportunitate defendit, vt suo loco dicturi sumus.

CAPVT. VIII.

Ignatius socios sibi adiungit. Iter eorum Hierosolymam impeditur. Saluti se dedunt proximorum.

Quoniam verò in eam curam tota mente incumbebat Ignatius, vt adiutores & ministros curandæ sa- lutis animorum sibi adiungeret, nihil fuit ei antiquius, quām vt aliquos ado- lescentes aptos ad hoc munus & bene moratos eiusdem propositi socios sibi adiun-